



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

VII. De Translatione Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

præstitum electioni, si nullum justum
obstet impedimentum, idque cum causæ
cognitione, & examine ad amissim fa-
ciendo in vitam & mores, reliquasque
qualitates electi, vocatis ad hoc iis, quo-
rum interesse potest, factaque omnibus
potestate contradicendi & electionem
impugnandi. Tribuit verò confirma-
tio electo jus quasi plenum administran-
di & exercendi ea, quæ sunt jurisdic-
tionis, non quæ sunt ordinis. Nam hæc po-
testas ei demum conceditur per conse-
crationem, quâ matrimonium spirituale
inter Episcopum & Ecclesiam intelli-
gitur consummari.

*c. fin. h. 2.
in 6.*

c. 25. h. 2.

*c. ult. inf.
de trans-
lat. ejusd.
vide inf.
tit. de
temp. ord.*

De Translatione Episcoporum.

TIT. VII.

Translatio hæc speciem continet po-
stulationis, quia nihil aliud denotat,
quam qualiter Episcopus, relicta prio-
ri suâ Ecclesiâ, possit præfici alteri Ec-
clesiæ.

Quomodo igitur fit hæc Translatio ?

EA fit, quando Episcopus de Eccle-
siâ quam obtinet, ad aliam Eccle-
siam

Bsiam

can. Epi
scopum

& alios

vii. q. 1.

c. fin. sup.
de postul.

c. 1.

inf. de.

Cler. non
resid. can.

Scias

vii. q. 1.

c. 2. & 3.

in fin. h.

&

c. ult. h. t.

c. 6. inf.

de re-

nuntiat.

fiam auctoritate S. Pont. postulante id
Ecclesie necessitate, vel ob evidentem
utilitatem, transfertur. Idque per viam
postulationis, id est non aliter, quam si
collegium, a quo expetitur, apud Superiorem
supplicet pro translatione.

Auctoritas S. Pont. cur hic necessaria?

Quia alias saperet ea res notam aut in-
constantiam, aut ambitionis, aut avari-
tiam. Deinde inter Episcopum & Eccle-
siam initum est spirituale quoddam ma-
trimonium (id quod & gestamen annu-
li indigitat) quod nemo solvere potest
nisi S. Pont. quemadmodum & solus
matrimonium corporale dissolvit. Quod
verum est, licet Episcopus necdum sit
consecratus sed electus & confirmatus
tantum, quia sic matrimonium spiritua-
le ratificatur. Secus, si tantum electus.

*Quid si sponte seu proprio sensu Ecclesiam
suam deserat?*

d. c. 3. in
fin. hoc t.

can. Non

Tunc amittere utramque, & propriam
quam arrogatur. Sprevit ac deseruit, &
alienam, quam contra jus & per avari-
tiam ambivit. Nec ab simili ratione simi-
le in Clericis inferioribus statutum est ut
nec illi, sine venia saltem sui Prælati,
aliò

aliò migrare possint; & in Monachis, ne
eis monasterium, in quo professi sunt,
liceat deserere, & ad alia transmigrare.

*oportet
& can.
Si quis
VII. q. 1.
Nov. 3.
Nov. 5.
& 13.*

De auctoritate & usu Pallii.

TIT. VIII.

Eorum, qui per postulationem aut ele-
ctionem præficiuntur Ecclesiis, præ-
ter Papam, soli Patriarchæ & Archi-
episcopi (& interdum ex privilegio
vel consuetudine etiam Episcopi) jus
habent gestandi insigne suæ dignita-
tis, quod vocatur Pallium.

*c. 15. in
pr. inf. de
presump.*

Quid est Pallium?

Est ornamentum de corpore B. Petri
sumptum, Pontificalis officii pleni-
tudinem conferens. Ideò verò dicitur su-
mi de corpore B. Petri, vel quia super Al-
tare D. Petro dedicatum benedicitur &
consecratur, vel quia à Romana Ecclesia
proficiscitur.

*c. 4. in
fin. sup.
de elect.*

Confertne solus Pontifex hoc Pallium?

Etiã Patriarchæ, puta Constanti-
nopolitanus, Alexandrinus, Antio-
chicus